

Preterea de discretione tua bene per omnia sperantes ad honorem dei et ad salutem fidelium animarum ex consueta benignitate sedis apostolicę potestatem tibi damus in ecclesia sermonem ad populum facere et verbum dei fidelibus annuntiare. Tua itaque interest, dilecte in domino fili, dare operam quam possis, ut te tam providum et sollicitum in commissis exhibeas, ut in retributione iustorum audire merearis: Euge serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudium domini tui super omnia bona constituendus. Amen amen amen.

(Circulus pontificalis mit Umschrift: '† Tu es gloria mea, tu es susceptor meus, tu exaltasti caput meum domine' und dem Namen: Victor papa IIII. Monogramm für Bene valete).

Ego Victor catholicę ecclesię episcopus ss.

† Ego Ubaldus Ferentinus episcopus ss.

† Ego Guido presbyter card. tt. Calixti ss.

† Ego Johannes presb. card. tt. Pastoris ss.

† Ego Vinfredus presb. card. tt. S. Susanne ss.

† Ego Gerardus diac. card. S. Marie in Aquiro ss.

† Ego Gerardus diac. card. S. Georgii ad velum aureum ss.

Datum Parmę per manum Johannis S. Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii XVI. kalendas Augusti indictione X. incarnationis dominice anno MCLXI.¹⁾ pontificatus vero dompni VICTORIS pape IIII. anno III.

Das Original dieser Bulle befindet sich im Staatsarchiv zu Düsseldorf. Eine Abschrift derselben wurde mir auf meine Bitte auf das Bereitwilligste zugesandt. Nach Indiction und Pontificatsjahr gehört sie zweifellos in's Jahr 1162.

Die äussere Form bietet nichts Verdächtiges. Am Umschlag befindet sich noch die kirschrothe Seidenschnur, die Bleibulle fehlt.

V.

Papst Lucius III. beauftragt die gesammte Geistlichkeit dafür zu sorgen, dass die Cisterzienser und besonders die des Klosters Tennebach nicht durch falsche Interpretation des päpstlichen Privilegs, nach dem sie niemandem von dem von ihnen bearbeiteten Lande, altem Ackerland oder Neubruchland, Zehnten zu geben hätten, in ihren Vorrechten beeinträchtigt würden. 1184. März 4. Anagni.

Lucius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis episcopis et dilectis filiis abbatibus prioribus archidiaconis decanis presbyteris et aliis ecclesiarum prelatibus ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

1) Hs.: MCXI.; aber zwischen C und X befindet sich der Kniff und an dieser Stelle ist das Pergament etwas eingerissen, jedenfalls hat ein L dort gestanden.